UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politiorem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plvtarchi Chaeronensis Ethicorum Sive Moralium

**Plutarchus**

**Impressum Francofor. ad Mœn., M.D.LXXXXII**

In lib. de curiositate

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-351

Visual Library

## IN LIB. DE CVRIOSITATE.

238. 9. Quantum ad Alizona.] Ὅσον ὕδωρ κατ' Ἀλιζόνος. *& in Aldino & in ſcripto margini nota eſt adiecta, quæ verſum eſſe in textu ſignificaret. neq; hoc Eraſmum fefellit, nam verſu verſum reddit, hoc quidem:*

*Inſula quam multa vel drys completur aquæ vi.*

ἀλιζόνα *cur inſulā reddiderit, neſcio. Ego* Ἀλιζόνα *ſuſpicor in hoc prouerbiali ſcriptum verſu, quæ vrbs eſſet* Ἀλιζώνων *illorū Homericorū, quos Suidas Bithynos interpretatur, qui ita dicti ſint, quòd mari cingantur: vt aquarum apud eam vrbem abundè eſſe oportuerit. vt & in quercu foliorum, quæ* πέτηλα *epectaſi poetica hîc dicuntur. de iis HaliZonibus nos in Stephano diximus. Sed quod antecedit* τίτ' ἀλλότριον, *&c.* κακὸν ὀξυδορκεῖς. *ſenarij ſunt duo ex aliqua vel comœdia vel tragœdia. Citantur etiam infrà* περὶ εὐθυμίας.

238.26. Domi dormire.] οἴκοι μὲν ἅδειν. *multo malim* εὕδειν, *& dubitari poteſt ob affinitatē notarum an non id ſcriptus habeat, niſi quod ſpiritus eſt lenis. Certè oculos ob id exemtiles ei Iupiter dedit, vt poſſet dormire. Scholiaſt. Ariſtophanis in pace. In verſu Homerico ex Necya de Epicaſta eſt etiam in ſcripto* μελάθρου *&* διαλὶ *non* διὰ τίν'.

239. 6. Perſcrutans.] διαπορῶν. *ſcriptus* διαπονῶν. *& pro* οὕτω τοὺς νέους *habet* οὕτω τοὺς Ἀθηναίους. *& infrà pro* ἐνθάδε καὶ, *habet* ἔνθα γέ που *quod eſt multo concinnius.*

240. 34. Contemplatione duceris. μεγάλων φιλοθεάμων *ſcriptus, nos* θεάμων. *& in ſenariis de Luna annotatum in margine eſt pro* νέα *legi* νέφους: *quod non probo cùm præſertim in quæſtionibus quoq; Romanis, & in vita Demetrij ex Sophoclis Menelao hi verſus citati vocem* νέα *habeant. Et* νέφος *non niſi* μεταληπτικῶς *poßit vocari* ἄδηλον, *quatenus Lunæ conſpectum nobis eripit.*

242. 1. Semperq; ſolus.] ἀεὶ δ' ἀείδων. *In libro de vacuitate*

*tate iræ, & in scripto est* ἀοιδῶν, *cùm tamen in margine sit* ἀείδων, *hoc rectiùs legi apparet.*

242.40. Nuncille mî.] εἶτά μοι σκάπτων. *hæc comica esse puto. & in scripto signum carminis extat annotatum. itaque vt senarios conuerti & defendi posse puto. pro* σκάπτων *tamen puto legendum* σκάπτοντι. *Cæterùm infrà in lib. de garrulitate. 315.26. ad hanc rem Plutarchus videtur respicere. Pòst* μελαγκεκοσμῆσθαι, *pro* μελαγκεκομίσθαι *ex scripto repone, apertè legitimum.*

243.18. Rectè etiam Charondas.] ὁ τῶν θουρίων νομοθέτης. *Thuriorum legislator.* Τυρίων *habet scriptus, qui non probatur. nam historiæ repugnat. Intelligo enim Charondam. de quo, ne alios nominem, Diodorum vide lib. 12. bibliothecæ.*

244. 23. Offensum iri.] τὸ πρᾶγμα προσίσταιη. *sic & Scriptus. Ego autem* προσπαίη *lego.* 245.22. Mixtis naturis.] σύμμικτον εἶδος, *&c. versus est Euripidis: itaque eum feci senarium. Plutarch.* Θησεῖ.

245.26. Loris capita.] ἀλλὰ τοῖς ῥηῖῆρσιν. *Noster & Aldus* ῥηῖῆρσιν. *scriptus* ῥυτῆρσιν, *quæ vox lorum aut habenam significat, qua canes à venatoribus ducuntur, & non nisi tempestiuè ea soluti, in bestiam immittuntur. Erasmus* ῥινῆρσιν *excogitauit. neque nego canibus non licere quiduis odoratum persequi: sed naso an aliquid tale adhibeatur, nescio, neq; ῥινῆρας puto vllis Græcis notã rem esse. ad* ῥυτῆρσιν *porro verba* ἕλκουσιν *&* ἀνακρούουσιν *optimè quadrant neque sanè opinor itidem nasalia illa. Versus sequebatur heroicus, quod expreßi.*

245.36. Vilissimis rebus.] ἐν τοῖς χειρίστοις. *in scripto hoc ad marginem, in textu* ἀχρήστοις, *inutilibus, quod vt mollius, ita & concinnius puto. pro* Διόξιππον *idem* Διέξιππον *habet, Dioxippo supernè signato. Sophoclis versus in Electra. & qui infra de Oedipo, è tyranno eiusdem.*